

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioannis Ionstoni|| Theatrvm|| Vniversale|| De Avibvs

Jonston, Jan

Heilbrunna, MDCCLVI.

VD18 90528921

Titvlvs VIII. De Carniuoris Mediae Naturae.

urn:nbn:de:gbv:45:1-11068

Descri-
ptio.

Arist. H.
A. 9. c. 30
fl. 10. H.
N. c. 40.

CAPRIMVLGVS et si specie a reliquis multum differat, nocturnis tamen ratione uisus ad censetur. Graecis ἀγροθήλης παρὰ τὸ ἵξ ἀγρὸς τὴν λακύναι, quod capras fugat, dicitur. Magnitudine est paulo maior, quam merula, minor, quam cuculus seu, ut Plinius, f grandioris merulae aspectu. Cuius iconem Aldrouandus exhibet, erat cuculo ita similis, ut, nisi inusitata pedum crurumque exilitas et breuitas cum diuersa constructione obstitisset, is idem esse crederetur. *Caput* habebat uertice longo et compresso, *Oculos* grandes, iridem et pupillam nigerimas. *Rostrum* uix pasferino maius, modicum aduncum plumulis tanquam pilis quibusdam superne ad nares et inferne sub mento

ornatum etc. Quam Gesnerus exhibet, rostrum habebat aduncum et tibiae plumis obuestitas.

Degit in montibus circa mare in primis in Creta propter uiciniam stabulorum, quibus caprae includuntur. Intraunt namque isti fures nocturni pastorum stabula caprarumque uberibus aduolant propter suum lactis, qua iniuria uber emoritur, caprae, quas ita muldere, caecitate percutiuntur. Adeo terribilem clamorem habent, ut etiam audientibus pauorem incutiant. Duo aut tria cum plurima oua pariunt. De uisu ita Aristoteles: ἐστὶ ἐκ ὀφθαλμοῦ τῆς ἡμέρας, ἀλλὰ τῆς νυκτὸς βλέπει. Parum acute interdum uidet, sed noctu perspicax est.

Locus.
Arist. H. c.

Arist. H. c.

TITVLVS VIII.

De Carniuoris Mediae Naturae.

CAPVT PRIMVM.

De Vespertilione.

Descri-
ptio.

al. 4. de
partib. A.
nim. c. 13.
bl. 7. Sa-
turnal.
c. 16.

† Strabo.
l. 15.

* Linus
Hist. c. 10.
* Gomara
Hist. c. 61.

el. 9. Or-
nithol. c. 1.

Vespertilo LXX. νυκτερίς, Hesy- chio et Phauorino φάλη, Philo- νυκταλάη et Φιλέσπερος, Victorino auis forex, Vallae semimus, Platoni in aenigmate auis non auis dicitur. τοῖς πτηνοῖς καὶ περὶ οἷς ἐπαμφοτέρωθεν καὶ διὰ τὸ ἀμφοτέρωθεν τε καὶ ἐδωτέρωθεν μετέ- χαι bene scripsit a Philosophus, male b Macrobius, quatuor pedibus ingredi et inter quadrupedes referendum, ut inferius patebit. Color nonnullis fuluus, aliis niger, subalbus, cinereus. *Magnitudo* diuersa. Maiores † in urbe Assyriae Borsippa, quam alibi, in nouo orbe columbas adaequant, in Brasilia * monedulas, circa Vrabam * turtures, in Orientali India, si Pompilio Azalio credendum, tanti, ut illas transeuntes alarum uerbere prosternant, multos etiam occidant. *Caput* quibusdam murinum est, caninum aliis. *Rostrum* a caeteris auibus diuersum. *Nares* uituli instar. *Dentes* XXXIV, in mandibula inferiore octodecim, sedecim in superiore Bellonius obseruauit, uiginti quatuor in singulis mandibulis duodenos eosque fer- ratos, teretes et longiusculos c Al-

drouandus utrinque in superiore mandibula senos, in inferiore septenos, quorum anteriores caeteris longiores, omnes ualde albi, Clusius. *Maxillas* intus et foris pilis oblongus, niger obuestit. *Auriculas* interdum binas, quaternas interdum habet, similitudo eis asininarum et superiores quadruplo sunt inferioribus maiores. *Mamillae* soli uolucrum datae sunt, lacte sola nutrit ubera d d Plin. l. 10 admouens. *Alas*, quae † pellitae, ex- H. N. c. 61 angues quidam dixere. Ab armis in- † Strabo l. 15. cipiunt et per latera per axillas continuo ductu ad crura usque feruntur eaque circumambiunt. Quatuor hae flexus, plicas seu articulationes habent, quibus alas inter uolandum dilatant et contrahunt, medius superiorum, (cubitos Albertus nominat) quique in plures alios deorsum flexus diuariantur. *Digituli* singuli unguiculis hamatis instructi, quibus parietibus se adfigunt, adnectuntur. In supremis alis rudimenta quaedam b t a- chiorum nervosa adparent, quae in uncum desinunt. *Pedes* illi bini in quinos digitos dissecti et unguiculis

G

culis

culis acutus instructi singuli in medio ac, si palmam efformarent, ampli. Innotuntur inferiori alarum membranae atque ex uentre ad caudae, si quae est, latera exporriguntur. *Cauda* quippe aliis nulla, ut recte e Aristoteles, Africanis murium instar oblonga f et quatuor digitos extra membranas alarum prominens. Aldrouandino mediis atque infimis alarum membranis sub uentre inuoluebatyr et ad extremam earundem exporrigebatur apicem. *Penis* mari sat magnus exertusque, qualis simiarum est, genitalis foeminae meatus pone podicem adparere solet. Quid sibi Plinius uerbis: *caupendix huic aui una traditur*, uelut, cum duo crura habeat, intelligi uix potest.

Locus *Locum* si species, loca obscura, cauernas et meatus subterraneos amant. Ideo et in labyrintho Cretae inter Cnossum et Cortinam, Borippam, g urbem adde, plurimi et in Appennini prope Puteolos speluncis multa millia et in monasterio quodam Misniae tanta, ut excrementorum aceruis multi carri onerari possint. Delectantur in *uictu* h culicibus et muscis, sed et lardum, candelas et alia pingua adrodunt. Succidiam saepe ita exedunt, ut in excauata scrobe stabulentur. Inuadunt et nudam corporis partem culicum more et sanguinem exugunt, in Dariene ita infestatos Hispanos tabe contracta obiisse i Martyr auctor est. Gallinas, canes et catos morsu aculeo in cristam infixio interemisse addit. Solus uolucrum k animal tantum parit et foetus lacte uberibus admotus nutrit. Recens nati musculis sunt similes, glabri, infantis humani instar, sed omnibus partibus absoluti matris uberibus, cum primum enixa est, adeo tenaciter adhaerent, ut ne a mortua quidem sponte decendant. Nullis secundinis obtectos quidam putauere produci, refellit l Bellonius, qui plures uigenis se in pseudolabyrintho Cretae praegnantes secuisse tradit, has etiam mater deuorat, dum proli nuper natae ob teneritudinem metuens

primo uel secundo die ad pastum euolare prohibetur. Cum duo tantum ei natura ubera dederit, plures geminis uno partu non edit, quia nero magno eorundem interdum copia ingruit, haud male m quidam e putri etiam materia oriri opinati sunt.

Volant mane et uesperis potissimum, foeminae saepe geminos implexae infantes, uolatu ob timorem indirecto seu tortuoso atque longe a terra semper. Volitatione fessi hamis digitulorum, quorum in mediis alis rudimenta habent, n parietibus, saxi, arboribus aut cauernarum fornicibus sese adpendunt et o continuata serie ac, ueluti catena quadam inter se cohaerent. Melius de nocte uident, p quia spiritus ipsorum uisiorius tenuissimus et dilucidissimus per noctem modice incrascescens idoneus ad conspectum redditur, de die extenuatus expanditur et euanescit, ideo facie uel gladio uolantibus obiecto decidunt.

Voce exili gannitum potius et latratum canum imitantur, quam murium sibillum. Latinis stridere, Graecis q τριζέν τετριγάζειν et τετριγέειν dicuntur.

Singularis ipsis cum columbis amicitia, detinentur istae, si caput uespertilionis in peris summo columbarii fastigio suspendatur. *Inimicitias* uero gerunt cum ciconia, s quia a folo illius contactu huius oua sterile scunt, ni platani foliis in nidum positisi sibi cauerit. Cum platano, qui prae foribus suspensus, ne inuolent, prohibet, cum hedera, cuius suffitu et odore perimuntur, cum formicis, ad quarum nidos si alas suspenderis, nulla ipsarum egreditur, cum locustis, t quae locum, ubi uespertilio suspensus, non transuolant.

Vsus uespertilionum est tum in cibis, nam a u Borippensis condiebantur, ab incolis insularum x Catigani et S. Iohannis eduntur, feruenti aquae immersi et excoriati eduntur, † in Oriente gallinas sapore uincunt, tum in medicamentis, toti praeparati bene scirrho et podagrae adhibentur. Sanguinem trichiasi conducere Archigenes z et Serenus credunt, Gale-

e de partib
Animal. l.
4. c. 11.
f Bellon. l.
2. de Auib.
e. ult.

Locus

g Strabo
Geog. l. 16

h Plin. H.
N. l. 10.
61.

k Plin. l.
cit.

l. 2. de A.
uib. c. 2.

m Genes.
Cofino.
Cret. c. 1.
Volatus.

n Home.
Odiss. 4.
o Home.
Odiss. 4.

p Alex. A.
Phrod. l. 1.
prob. 66.
Ingenium.

Vox.


q Home.
Odiss. 4.
r A. Pallas.
l. 5. c. 14.
Adjacit.

s Ad. 1.
Anim. 37.

t Democrit. in
Geopon.
P. 10.
u Strabo
l. 16.

x Scallig.
Exerc. 3.
† Nirenberg.
N. 10. cap.
91. 94.


Struthocamelus
Straus.



Gallus Monstrosus, caudatus

Pavo Sine cauda
chinesis





yGale
Eupor
fir.
z Gal
4. de
pof. m
J. l. c.

Defen
tio.

a Dic
Bibli
3. c.
b Pl
N. l
c. l.

† O
Gyn
3. n

c A
23.
mal

¹ Galen. in Euporistis. ² Galen. l. 4. de Compos. medic. l. c. 8. Galenus et Iulius Alexandrius negant. Cor et lingua hydrophobiam inducit. Caput dextro adligatum brachio uigilantis somnum impedit. Magicae reuera uanitas est, quod tradunt, si ter circumlatus do-

mui uespertilio uiuus per fenestram inuerso capite infigatur, amuletum esse praesertimque ouilibus circumlatum toties et pedibus fuscum in superliminari.

CAPVT. II.

De Struthocamelo.

^a Diodor. Biblioth. l. 3. c. 12. ^b Plin. H. N. l. 10. c. 1. [†] Oppian. Cyneget. l. 3. v. 490. ^c Albert. l. 23. de Animalib. Struthocamelus ^αφροδοκας Philostrato et Aristoteli, ^αφροδοκας Hesychio, ^αφροδοκας Oppiano, ^αφροδοκας recentioribus Graecis dicitur, melius chenocamelum, quia ^αφροδοκας siue anserem potius, quam ^αφροδοκας siue pasferem, nisi cum Scaligero gallinam reddere malis, dixissent. Plantus eum pasferem marinum adpellauit, Phauorinus Lybicam auem, Diodorus Siculus ceruinam dixit. Aristophanis ^αφροδοκας, Horatii Afra auis gallinae potius sunt, quas praegandes Africa terra tulit. Maximus est omnium auium. Diodorus ^a camelo parem esse. Plinius ^b equitis equo insidentis magnitudinem excedere et uerum est, si collum, quantum potest, erigat. ^c Rostrum habet exiguum, sed acutum. ^c Caput, in quo fere nullum cerebrum, paruum exiguis pilis in foemina pallide lutescentibus, in mare flauescens, collo ad rubrum colorem uergente. ^c Palpebras utrinque solus omnium alitum, ut humo, pilos in superiore palpebra. ^c Collum longissimum. ^c Dorsum, cuius pennae in mare nigerrimae, in foemina fuscae, lanae quandam substantiam sua mollitie efficiunt, tam latum, ut puerum lactentem insidentem [†] ferre possit. ^c Alarum pennae eiusdem sunt coloris, sed in superiori parte candidissimae. Gordianus miniatos habuit. In interioribus alarum cubitis spicula secundum ^c quosdam, quibus ferit, habet, osseos in extremis alis secundum alios mucrones, quibus ceu calcaribus ad cursum uelociorem se incitat. Aldrouandus obseruare eos non potuit. ^c Caudae pennae in mare subalbidae, in foemina subfuscae sunt. ^c Cornae prae-

grandes, quod in angustum sensim iuxta femur finiantur. ^c Femur humanum potius imitantur. ^c Pedes camelorum cruribus similes [†] ^αφροδοκας [†] Oppian. ^αφροδοκας ^αφροδοκας frequentibus firmati squammis ad geminos usque duros poplites integuntur. Pedes more bouum bifidi, in binas ungulas diuiduntur. Cur bifidum potius, quam solipedem aut digitatum natura fecerit, ignorare me fateor.

^c Reperiuntur in ^d Africa, Lybia, ^e Locis. Aethiopia, ^f Arabia et ^g Syria. ^d Theophr. l. 4. Histor. plant. c. 4. ^e Plin. l. 10. c. 1. ^f H. N. ^g Xenoph. l. 1. Exp. Strabo l. 18. ^g Diod. Sic. l. 3. c. 6. ^h 13. ⁱ Victum. h. l. 6. Grog. Strabo. ⁱ Epist. 12. ^k Aphrodis. in proem. probl. [†] [†] Rosius in emend. ad l. 3. de Idol.

Quantum ad ⁱ uictum, carpophagum esse ex Strabone ^b colligi potest. Ferrum, lapides, ossa et quicquid obtigerit, sine delectu deuorare certum fere est, sed, an eadem concoquet, dubitatur, si sit, quod ⁱ Lanius credidit, specificae potius proprietati, quam intensissimo calori tribuendum id erit. Nam leo ^k struthocamelo calidior ferrum concoquere non potest. Interrogatus, qui circumducebat, a Brentio, [†] [†] Rosius in emend. ad l. 3. de Idol. deglutire quidem ferri particulas, sed iterum uel integras uel summum perpusillo imminutas respondit.

In uenerem procliuius est et camelus ^c Baetiani instar auersus ^c coit. ^c Com. Plin. l. 10. c. 52. ^c Arist. l. 9. H. A. c. 15. ^c m. Aelian. de Animal. l. 14. c. 13. plura ponit ^c oua, octuaginta ^c m. nempe et quidem mense Iulio illaque lapidea quasi crusta munita et XV. plus minus libras pendentia. In arena condita et neglecta solis calore fouentur, solo uisu ex iis pullos excludi quidam credidere, quod intueri ea auem uiderent nec propter grauitatem iis incubare posse scirent.

Non *excluduntur* simul. Pars in-
tra ova formatur, pars in lucem
prodit, pars fouetur.

Vox.

De eius *uoce* nil memoratu di-
gnum occurrit. Non eleuatura ter-
ra propter corporis molem, festi-
nantissime tamen interdum incedit,
ingruente in alas uento et tanquam

n Plin. H. eum *caluere* Plinius *u* dixit, equum
N. l. 11. c. odisse alii tradunt. Collum frutice

37. Plin. H. occultat seu, quod *di* ἀποστέλλει καὶ
N. l. 10. c. 1. ὡς ὁ πτερόντα ψυχῆς o latere se ita exi-
stimet seu, quod eam corporis par-

tem, quam se inferiorem habere
nouit, contra persequentium iniu-
rias muniat.

Vfus.

p Plin. l. c.

Vsum si spectes, oua *p* propter
amplitudinem pro quibusdam ha-
bentur uasis. Garamantes potoria
et caput tegmenta ex iis confici-
unt. Pennae conos bellicos et ga-
leas adornant, quas apud Turcas

solis Ianitzaris gerere concessum.
Lapis in uentriculo repertus et col-
lo suspensus concoquendi uim pro-
mouet. Sebum efficacioris ad
omnia, quam adeps anserinus, usus,
ideo, cum auctio regia per Catonem
Vticensem fieret, LXXX. festertis
uacuit et apud Aeginetam empla-
strum diacinnabarios ingreditur.
Carnes Arabibus, Aethiopibus, Nu-
midis et aliis in usu, hinc struthopa-
gorum nomen. Helioabalus *†* sex-
centorum capita una coena ad eden-
da eorum cerebella adposuit. Fir-
mus Seleucius, qui hippopotami
adipe delibutos inter crocodilos im-
pune natabat, totum uno die
comedisse dicitur. Sceletum
apud *q* Pareum uide. *q l. 24. c.*

NB. *Est et alia struthocamelorum* *22.*

species. Vide mantisfam.

Num. 3.



HISTO-

Pavo Pfau




Pavo faemina cum Gordea spurio



Pfau





Pavo albus cum tritico multiplici

Weiser Pfan.



Pavo Iaponensis. mar. Cum locustis



Pavo Iaponensis. foemina. cum hordeo distico



a Lucii
de dom
b Plin.
N. l. 10
c. 20.
Varro l.
de re ru
c. 6.
Oppian.
Lucret.
2. de N
ura re
rum.
c Aelia
de Anim
l. 5. c. 2
† Ael. l.
d Suero
in Tiber

ein Ora
contra
raßst.
fl. 3. d
raßst. c. 1

g Snida
h Aristo
in Anib



quibus uersari solet, adpellant. Haec, ut pictura indicat, colore est testaceo seu figlino, cruribus, pectore, uentre, alis et cauda media. Vtrinque enim in ea nigrae sunt pennae. *Dorsum* quoque nigricat et in alis superius maculae nigrae sunt subrotundae, inferius uero margines pen-

narum secundum longitudinem nigricant. *Rostrum* fuscum, *uertex* niger, infra quem utrinque macula albicans retrorsum tendit, tum rursus aliae duae nigrae et albicantes per interualla sequuntur. Hanc auem circa lacum Verbanum ceppa uocant.

TITVLVS II.

De Auibus Graniuoris.

CAPVT I.

De Carduele, Spino et Pasfere Canario.

Nomen.

CARDVELIS, carduelus et cardelus Gazae, Hermolao et Gesnero thraupis, Aldrouando ab aurea in alis uitta chrysomitres, auriuites, Kiranidi lena et auis Iouis, aliis corydalis, Graecis *καραδης*, *αεραγαλινος*, *τραγωδιος*, *πικιλης*, *καρδελι* etiam dicitur.

Descriptio.
Schwenckfeld. in Auiar. Silensia.

Auis est parua, cui *dorsum* cinereum et fuscum. *Alae* croceo colore nigroque mixtim et alternatim uariatae albisque notatae maculis, *uertex* nigricans, *rostrum* acutum subrubens apice fusco. *Oculi* ambitus exterior niger, hunc miniatus, miniatum caesus circumdat. Nec tamen haec colorum pictura in omnibus adparet. *Foemina* alas habet cinereas, guttur album. Visa nondum adulta ubique unicolor ex cinereo ad rufum tendens. Visae et aliae, quarum quaedam in anteriori capitis parte et in mento aliquid rubri obtinent, dorso, pectore, uentre et reliquis capitis partibus albescent, quaedam totae prorsus albae sunt, capitis partem rubram si demas et aliquot lutescentes in alis pennas.

Aldrou.
Ornith.
l. 18. c. 3.

Sexus.

Sexus facile cognoscitur, si coloris, ut supra adtigi, uocis et plumarum habeatur ratio. Vox foeminis exilior nec diurnus cantus. Plumae costas obuestientes cinerae aut fuscae, maribus aterrimae.

Nutritum.
Portal. l. 1.
de Villa.

Visitat feminibus lapparum, papaueris, rutae, dipfaci. Cannabino adeo pinguescit, ut cantandi alacritatem amittat. Quaecunque

uero edit, rostro decorticat, ut pura medulla uestatur.

Nidum in truncis arborum et foliis constructis, ter in anno, Maiomenpe lunio et Augusto. Aliquando et in hypocaustis pullitiam educit. Septem saepe oua, octo interdum, quinque aliquando ponit. Praestant caeteris, qui mense Augusto excluduntur. In dumetis nascuntur, atriores sunt et prunis aut malis aurantiis potius, quam aliis arboribus insident.

Canunt omni tempore, sed maxime, cum alias e suo genere aduentare cognoscunt.

Volant gregatim et ad duo millia quandoque.

Aetatem ad XX. annos producant.

Visa Moguntiae uiginti tres egresae, cui singulis annis rostrum ac ungues praecidebantur, ut cibum potumque capere posset. Depositis geminis peninis canae, quo locabatur, uel prona uel supina iacebat. Plus uoce, quam patina hominem delectant. Haud mali tamen sunt alimenti, si pingues et non nidificant. Asfiliacis et colicis prodeste Kiranides auctor est.

SPINVS seu ligurinus auicula est pectore luteo, rostro mediocri, tenui et acuto. Duas habet maculas nigras. Alteram in fronte, alteram sub mento. Mari capitis macula multo nigrior, idem toto corpore magis, quam foemina lutescit.

In frigidioribus regionibus uel nunquam uel raro adparet nec in Italia quotannis cernitur.

lis-